Murus ciuitatis habens fūda-
menta duodecim et in ipsis
duodecim apostolorum no-
mina Apocal. xxi. Verba ista
cōuenienter assumi possunt
ad cōmendationem duode-
cim aplorum quorum hodie celebramus diuisionē.
Ad quorum verborū introductōnē ē sciendū q in-
ter alia secreta celestia que beato johāni
in suo apocalipsi fuerunt diuinitus reuela-
ta fuit illud quod ostendit ei angelus ciui-
tatem sanctam hierusalem descendentē de
celo adeo habentem claritatem dei et ha-
bebat murum magnum et altū. De isto mu-
ro sunt verba proposita qui habuit fundamē-
ta duodecim et in ipsis nomina apostolorum
duodecim. Per ciuitatem istam sanctam in-
telligitur sancta ecclesia. Cuius murus ma-
gnus et altus est scilicet fides xpi sēm glo-
sam que innuit et tuetur ecclesiam. Huius
muri fundamenta duodecim sūt duodecim
articuli fidei qui bene dicuntur fundamēta
quia super eis tota fides ecclesie. primo vni-
uersalis perfectio vite xpiane est fundata
Et ad ipsos omnia que respiciunt fidem ec-
clesie reducuntur. Cuius etiam duodecim ar-
ticulis fundamētalibus fidei catholice in-
scripta sunt duodecim nomina duodecim a-
postolorum qui ipsos articulos cōposuerūt
Et hoc post spiritussancti missionem et ante
eorum diuisionem vt omnes idem concor-
diter vbique predicarent quatenus esset v-
na fides quia vnus deus Ephe. iiij. Vnus
deus/vna fides. vnum baptisma. Et inde ē
q ista complexio duodecim articulorum di-
citur symbolum apostolicum quod secrete
dicimus in prima. et in completorio ea ra-
cione. quia quando istud symbolum fuit e-
ditum nondum fides fuit adhuc in publi-
cum propalata sed quasi secrete inter paucio-
res fideles seruata propter inualescētes per-
secutōnes iudeorum et gentilium. De istis
igitur fidei xpiane fundamentis est primo ps.
Fundamenta eius in montibus sanctis. vbi
per montes sanctos intelliguntur sancti a-
postoli. In quibus ista fidei fundamenta
fuerunt iniciata firmata et solidata. ¶ Cir-
ca istum processum duo sunt videnda. Pri-
mo quare sancti apostoli montibus cōpan-
tur. Secundo quomodo isti duodecim fun-
damentales fidei xpiane articuli sēm duo-
decim apostolos distinguantur. ¶ Quantū
ad primum sciendum q sancti apostoli be-
ne comparantur montibus propter tria q mon-
tes materiales habent ab isto sole corpali
Sunt enim montes fulgore splēdidi. Sūt
humore irrigui. Et sunt virore iocundi.

Ad horum similitudinem sancti apostoli a
vero sole iusticie scilicet xpo tria mistice ac-
ceperunt. Primum est splendor diuine co-
gnicionis. Secundum est humor interne de-
uocionis. Tercium est viror iocunde cōuer-
sationis. Ipsi enim gloriosi apostoli fuerūt
in diuina cognitōe splēdidi/in amore feruidi.
deuotione irrigui/et in sancta cōuersatōe
iocundi. Primo igitur sancti apostoli accepe-
runt a xpo splendorem diuine cognitionis
ad instar montium a sole. Ad sensum enim
videmus q de mane radij solares primo
apparent in cacumine montium et etiā de
vespere postquam ibidem radij ab omnibz pla-
netis se subtrahunt adhuc cacumina illustrā-
tur. Ex quo mistice datur intelligi q sancti
apostoli qui propter sue perfectōnis eminen-
tiam montes dicuntur ante omnes alios
copiose et visibiliter graciam spiritussancti
receperunt. et postquam temporibus nouissi-
mis in cordibus multorum teste saluatore
caritas refrigrescet in solis viris apostoli-
cis apostolicam perfectōnem sectantibus
lumen vite et fidei catholice viuaciter re-
splendescet. Et isti montes radijs veri so-
lis inuisibiliter adurantur. teste Sapiente
qui dicit tripliciter sol exurit montes. Quod
patet. Nam primo memoriam eorum illu-
strauit feruenti et assidua diuinorum me-
morationē. teste propheta qui dicit. Me-
mor fui dei et delectatus sum et defecit spūs
meus. Ex quo apparet q crebra et feruēs diui me-
ditacō inducit in hoīe internā mētis delecta-
mē et ex inde spūs refectōz. Scdo ipsorum intel-
ligētiā illustrauit clara diuine veritatis cogni-
tione. Quā sciebat ansel. cū dicēt. Dñe desi-
dero aliqualiter intelligē veritatē tuā quā credit
et desiderat cor meū. et subdit. Vē dñe hec ē
illa lux inaccessibilis in qua habitas. reuela te mihi
dñe mūda sana et illumina oculū mētis mee vt
videā te. Tercō ipsorum volūtatē inflamauit
feruētissima dei dilectōne et diuine dulcedis
suauissima pgustatōne vñ bñ poterant dicere
illud Sap. xij. O quam bonus et suauis ē spūs tuus in
nobis dñe. Ex quo quidem interna suauitate omnē
afflictōz pñtis vite voluntarie ptulerunt.
Scdo acceperūt a xpo humorem interne deuocō-
nis. Nā sicut mōtes ad literam rōne sue spōgio-
sitatis et porositatis sūt aquarum attractiui et per eos
iterius irrigui. sic sci apli per quandā porositatē in-
terne deuocōis quā ab oibz affectōibz mūdia-
libz sequestrati tm orōni et interne deuocōni insi-
stebāt aquas diuine grē sibi vberius attraxerunt
quas postmodū et diuersis gētibz et linguis per
sue doctrine riuulos diffuderūt. vñ in ipsis im-
pletū fuit qd añ dñs promiserat per prophetā
Inter medium montium pertransibūt aque

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0182
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt